Annexa est præfatæ Ecclesiæ S. Victoris, et in ea seruantur Sacræ Sup-
pellectiles, quibus inspectis Illmus D. mandauit reaptari binas
Planetas in parte anteriori, et suspensioni subiici unam
nigri Coloris, et confici Inuentarium, in reliquis inuenit suffi-
cienter prouisum

De Oratorio Disciplinæ, siue Confalonis

Habet unicum Altare, in quo erecta est Societas eiusdem Tit. aggrega-
ta Archiconfraternitati S. Luciæ de Vrbe cuius Confratres u-
tuntur uestibus albis in functionibus, et singulis diebus festis
de præcepto ibidem conueniunt ad recitandum Officium B. Ma-
riæ una cum Scholaribus

Possidet bona descripta in actis p(rim)æ Vis(itatio)nis fol. 605.

Tenetur d(ict)a Societas celebrari facere singulis diebus Dominicis, et
semel in hebdomada pro fidelibus Defunctis, nec non singulis
fer. 2.is pro Ersilia Martini, et suis, Illmus D. mandauit doceri
de adimplemento.

Inspecto Altari, mandauit reaptari Pauimentum, prouideri de no-
ua petra sacrata, tela cerata, et stragulo, claudi, siuè
muniri uitreis specularibus fenestram proximam

Mandauit prouideri de duabus albis, et superpellicco, de mappa-
li, reaptari Planetas, et confici Armario pro conseruandis Sac.
suppellectilibus, remotis capsulis, et claudi fenestra prope d(ict)am
Sacristiam infra duos menses, sub pœnis